

3795 Virtuti | et | Honori | L. Ulpus | Marcellus¹ | leg. Aug. | pr. pr. | Pannon. inf. | v. s. (*In latere sin.: mulier [Virtus] alata, d. coronam, s. pateram tenens, insistens globo; in latere dextr.: vir armatus [Honus] sinistra scutum imponens militi prostrato*).

Fünfkirchen Hungariae, ubi fuit oppidum Sopianae (III 3507 III S. 40285 viderunt Mommsen et Domaszewski). Aquinco ablata[m] putat Domaszewski Relig. des roem. Heeres p. 45. — 1) Videtur is qui sub Commodo legatus fuit Britanniae (Dio 72, 8); cf. Prosopogr. imp. Rom. s. v.

3796 honori Visentium | sacrum, | M. Minati M. f. Sab. Galli | Ilvir. | i. d. quinq.¹, | Artoria Auxesis | uxor viri sui | h. c.²

3796^a Virtuti Visenti | sacr., | M. Minati M. f. Sab. Galli | Ilvir. i. d. quinq., | Maternus f.³ patris | sui h. c.², et ob dedica|tionem honorariam | vicinis epulum, popu|lo crustulum et | mulsum dedit.

Ad lacum Volsiniensem, ibi ubi fuit Visentium hodieque quoque locus dicitur Bisenzo (XI 2910. 2911 hanc vidit Bormann). — 1) Duoviri iure dicundo quinquen-nalis. — 2) Honoris causa. — 3) Filius.

3797 deo Soli, | Honori et | Virtuti | pro salute | . . .

In Africa non longe a Sicca Veneria in ruderibus oppidi Ucubitani (VIII S. 45665 aliquoties descripta).

3798 Honori et Virtuti | imp. Caes. M. Aure[[l]ii Cari p. f. invicti | (*reliqua legi non potuerunt*).

Siccae Veneriae (VIII 4626 cf. 45829 viderunt Wilmanns et Schmidt).

3799 Gloriam | Aug. | sacrum.

Cirtae (VIII 6949 semel descripta).

3800 (*Virtus galeata hastata*) deae Virtuti | Fatalis, | Negalaeti | Grati lib., v. s. l. m.

Prope Coloniam Agrippinam rep., est Darmstadt (Brambach 446 vidit).

3801 Virtuti deae sanctae | Aug. P. Caelius Victor | sacerdos cum Aurelia Ger|manilla coniuge tribunal | operae (*sic*) quadratario in suo | solo fecerunt et d. d.¹, prov.² CCII³.

Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9026 vidit Wilmanns). — 1) Dedicaverunt. — 2) Anno provinciae. — 3) Significatur annus p. C. 244.

3802 Virtuti Ro|manae pr. sa[l.] | imper. et s. [p. q. R.] | et ord. co[l.] Apul., | C. Iul.] Vale[ns]¹ (*reliqua evanuerunt*).

Apuli (Carlsburg) in Dacia (III 4416 vidit Mommsen). — 1) Idem homo videtur possuisse III 444. 4445, unde et munera eius suppleri possunt.

3803 Virtuti | Bellonae | L. Petronius | Callistratus | visu iussus.

Novariae (V 6507 bis descripta).

3804 deae pedi|sequae | Virtutis Bel|lonae lecti|cam cum su|is orna-ment|is et basem | C. Avianus Aman|dus augur d. d. | et consecravit.

Aquis Calidis (Hammam Rirha) in Mauretania (Revue arch. 52, 1898 p. 465; Bull. des antiq. 1898, 205).